DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICO-CHIRVRGICA

DE

ARACENTESI VESICAE VRINARIAE

PER

INTESTINVM RECTVM

QVAM

.CTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

ARLO AVGVSTO

ICE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM AN-
GARIAE ET GVESTPHALIAE LANDGRAVIO
THVRINGIAE REL.

CONSENTIENTE

GRATIOSO MEDICORVM ORDINE

PRO GRADV DOCTORIS

IEDICINAE ET CHIRVRGIAE RITE CONSEQVENDO

A. D. XXVIIII. OCTOBRIS MDCCLXXXXI.

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

OANNES LVDOVICVS KLOHSS

SERVESTA-ANHALTINVS

IENAE LITTERIS MAVKIANIS.

m pridem, Venerande Senex, ſpe-
nen Tibi meorum laborum mitte-
volui, eum in finem, vt Tibi mon-
rem, me tempus, quod mihi con-
ſſiſti academicum, quantum potui ad-
uiſſe in addiſcendis rebus ad Medicinam
ctantibus. Iterata vice me quidem ac-
xi ad elaborandum ſpecimen, quod
i offerrem, ſed impedivit me timor
enilis, quo minus publice in lucem
rem ea, quae calamo exceperam. Nunc
o grata neceſſitate quadam coactus ad
ibendum acceſſi. Studiorum enim
demicorum curſu feliciter ad finem
ducto, ſummos in Medicina honores
n ambirem, ſecundum leges academicas
us erat, vt ſpecimen aliquod e cathedra
pu-

publice defendendum in lucem ederem. In ipſa vero materia ſcribendi eligenda dubius per aliquod tempus haeſi: alia enim a doctiſſimis viris doctiſſime jam enucleata adeoque expoſita videbantur, vt noua expoſitione non indigerent, alia viribus meis difficiliora erant. Interea autem, cum dubius adhuc hac in re haererem, factum eſt, vt Ill. Loder, Praeceptor ſummopere colendus, in praelectionibus anatomicis auditoribus demonſtraret partes genitales vtriusque ſexus a latere praeparatas, ita, vt os innominatum ſiniſtri lateris a cadavere plane reſecatum eſſet. Addidit Vi Illuſtris, prouti in demonſtrationibus anatomicis data occaſione facere ſolet, quaedam quae ad Chirurgiam harum par tium ſpectabant, quare et paracenteſin veſi cae vrinariae, ſecundum methodum C

Fl

LVRANT per inteſtinum rectum oſtendit. demonſtrauit Praeceptor optimus ad oculos, nihil damni ex operandi iſta methodo naſci poſſe, dummodo recte atque cautione quadam adbibita ipſam operationem inſtituamus. — Illius dictis annuebat et animus meus, ac ſtatim mihi in mentem venit, hac de re quaedam litteris consignare atque ſcriptiunculae academica edeſtinare. Sic, Ave Venerande, enatus eſt libellus, quem pro virium mearum imbecillitate conſcripſi Tibique in gratiſſimum mentis documentum conſecraui. Tuum igitur erit judicare, num iſte labor aliquo modo dignus ſit, qui Tibi offeratur ab illo, quem Tu per plures annos, immo ipſa ab ineunte aetate, Tuo amore Tuoque praeſidio ouiſti. Ceterum, ſi non omnibus modis perfectum neque naevis plane liberum hoc

ſcri-

ſcriptum invenies, ſpero fore, vt iuveni ignoſcas in ſcribendo nondum exercitato. Maturior forſitan aetas, maturioribus litteris inſtructa, perfectiora et maturiora dare poterit. Quod ſi autem Tibi non diſcipliceat opuſculum meum, valde laetabor: cui ſi quid boni ineſt, Tibi debeo.

Nunquam ex animo meo Tua extinguetur memoria, qui me tam egregie inſtituiſti et fouiſti. Ceterum vt et in poſterum Tuo amore me perſequaris etiam atque etiam a Te peto. Vale mihique favere perge. Scripſi Ienae a. d. xx Oct. MDCCLXXXXI.

Mul-

Multis variisque incommodis vrethra aeque ac vefica vrinaria affici poteft*), ita, vt per naturalem folitamque naturae viam vrina demitti nequeat. Ex hac vrinae retentione oriuntur gravia fymptomata ipfaque mors infequitur, nifi debito auxilio ars chirurgica fuccurrat. Ad periculofiffimos cafus vero mihi pertinere videntur illi, in quibus, vel fcirrho et tumore proftatae, vel fpafmo pertinaciffimo fphincteris veficae, vel variis excrefcentiis fungofis vrethrae, vel concretione aut vehementiffima inflammatione et tumore canalis vrinarii, vrinae effluxus plane fupprimitur, adeo, vt ne guttulam quidem lotii emittere

 poffit

*) Varias ifchuriae fpecies recenfuit SAUVAGES in *Nofologia methodica* et CULLEN in *Syftematifche Einthcilung der Krankheiten* 1 Th. S. 453.

poſſit aegrotus, et catheteris immiſſio, quae ſemper difficultatibus ſuis premitur, locum omnino non habeat. Hisce in caſibus, ſi remedia idonea tam interna quam externa ad tollendum et avertendum malum fruſtra adhibita fuerunt; ac periculum ab ingenti veſicae diſtentione indeque metuenda huius viſceris ruptura augetur, catheteris vero immiſſio locum omnino non habet; fugiendum eſt ad operationem chirurgicam, quam punctionem veſicae vrinariae, ſeu paracenteſin (a verbo graeco παρακεντέω compungo) dicere ſolent. Rei gravitas, ipſaque loci affecti dignitas et vſus, medico cuilibet omnem vt adhibeat ſolertiam atque cautionem ſuadere videntur. Variae autem operandi methodi excogitatae atque propoſitae ſunt, quae a ſe invicem differunt quoad locum, quo inſtitui debeat veſicae punctio.

Tribus enim locis veſica virilis aperiri ſolet: vel in regione perinaei, vel ſupra oſſa pubis, vel per inteſtinum rectum. In feminis haec operatio perficitur, tum

ſupra

supra offa pubis, tum per vaginam. Superfluum foret, fi varias hasce methodos defcriberem, quae in libris Chirurgorum copiofe fatis expofitae funt. De his qui plura cognofcere cupiat, HEISTERVM, DIONISIVM aliosque fcriptores chirurgicos adeat, praecipue vero confulat librum egregium Cl. BELLII *), Chirurgi apud Edinenfes celeberrimi et exercitatiffimi.

Inter varias autem hasce methodos inprimis mihi placet illa, fecundum quam vefica vrinaria per inteftinum rectum acus triquetrae ope perforatur. Facilitate enim et fimplicitate fefe prae reliquis commendat et quam maxime tuta effe videtur, fi nempe recta et debita ratione inftituitur. Habet tamen haec ipfa methodus fuos adverfarios et obtrectatores, quibus Cel. BELLIVM fupra laudatum quoque acceffiffe equidem doleo. Huius viri auctoritas etfi apud me magna eft, magis tamen veritati,

*) *Lehrbegriff der Wundarzneykunft, aus dem Englifchen.* 2 Th. S. 191.

ti, quam auctoritati, cedendum eſſe putavi. Liceat igitur rem noſtram paullo curatius exponere, vt inde appareat, methodum, de qua nobis ſermo eſt, omnino dignam eſſe, quae prae ceteris in vſum vocetur. Brevibus autem argumenta mea complectar, vt tempori chartaeque parcam.

Primus, quantum equidem ſcio, qui paracenteſin veſicae per inteſtinum rectum propoſuit atque inſtituit, eſt Cl. FLVRANT, qui etiam illam deſcripſit in egregio libro, cui titulus eſt: *Melanges de Chirurgie de M. POVTEAV* *). Videbantur viro experientiſſimo omnes methodi, quibus antea vſi erant Chirurgi, longe adhuc abeſſe ab ea, qua gaudere deberent perfectione, et variis multisque premi difficultatibus. Et recte. Quod ſi enim contemplamur operandi modum in perinaei regione; quis eſt, cui non ſtatim

*) Prodiit germanice ſub titulo: POVTEAV Vermiſchte Schriften von der Wundarzneykunſt überſetzt von G. L. Rumpelt. Dresden und Warſchau 1764. 8.

ſtatim incommoda omnia in oculos cadant, quibus iſta methodus comitari ſolet, dummodo ipſe in cadaveribus illam tentauerit? Primum enim hac methodo a veſica ipſe exercitatiſſimus in arte ſua Chirurgus aberrare poteſt, id quod ex mea ſententia facile accidit, quia collum veſicae diverſae formae et longitudinis eſt. Si nempe acus triquetra obtuſa eſt, nec acutiſſime pungit, reſilire quaſi ſolet a veſica expanſa et ad latus pellitur, ipſa vero veſica non aperitur.

Alia veſicam perforandi methodus eſt ea, qua inſtituitur punctio ſupra ſynchondroſin oſſium pubis. Haec vero nec aliis nec mihi ſatis commoda videtur. Tali enim modo ſi inſtituitur operatio iſta, malum ipſum, quod hac admiſtratione chirurgica tolli debet, vix et ne vix quidem minuitur, ſed potius augetur. Veſica enim in infantibus ſolum ſupra oſſa pubis eminet, in adultis autem abſcondita quaſi eſt in peluis cauo, adeo, vt aliqua pars tantummodo, et minima quidem, margi-

nem

nem oſſium pubis ſuperet, etiamſi maiori vrinae copia ſit expanſa. Punctio igitur, ſi veſicam attingit, alte locatur in regione verticis veſicae: tum vero per cannulam non omnis vrina effluere poteſt, ſed maxima pars remanet, et malum operationis ope non tollitur, quia nova irritatio accedit. Ad incommoda huius methodi forte adhuc numerare poſſumus peritonaei laeſionem, quae, niſi operatio ab exercitatiſſimo et dexterrimo Chirurgo inſtituitur, facile accidere poteſt. Ipſa vero peritonaei laeſio non ſolum inflammationem procreare poteſt, quae ad reliqua abdominis viſcera facile extenditur, ſed etiam vrinae viam parat, per quam in abdominis cauum effundi poteſt, id quod vehementiſſimam inflammationem, gangraenam et ſphacelum, immo ipſam mortem inducit.

Omnia haec mala et ea, quae ſupra recenſui, ex mea quidem ſententia euitantur per methodum a Cl. Flvrant propoſitam, vti experientia huius viri aliorumque obſeruatorum probauit. Quia autem ipſa haec

aec methodus, etſi per ſe facillima ſit, on ſine omni cautione rite inſtituitur; pus eſt, vt modum et rationem paullo uratius et vberius explicem.

Ante ipſam operationem nihil molien-um eſſe videtur, niſi quod antea aegrotus ysmatibus purgetur, ne faeces in inteſtino ecto obuiae operationem impediant aut ifficiliorem reddant. Deinde operatio ſa ſequenti modo peragitur.

Aegrotus pedibus ad nates tractis ſu-inus jacet in lecto ſeu alio quodam cubi-ulo commodo. Si opus eſt, a miniſtris fir-atur. Quo facto, Chirurgus ſiniſtri ma-us digitum indicem antea oleo illitum iteſtino recto immittit ad explorandam ſicam, id quod facillimo negotio fit, quia ſica inſigni vrinae copia quam maxime xpanditur. Deinde manu dextra acum iquetram ſatis longam et paullulum incur-atam, antea etiam oleo illitam, ita im-ittit in inteſtinum, vt mucro inſtrumen-a cannula tegatur, donec ad digitum, qui iam

iam in inteftino haeret, pervenerit. Deinde inftrumentum leniter ad ductum ejusdem digiti promovet vsque ad eam partem, vbi veficam extenfam fentit. Quo facto, impulfu quodam inftrumentum vna cum cannula intrudit ad pollicis circiter longitudinem in ipfam veficam, digitum autem vna cum manubrio inftrumenti ex ano trahit, cannulam manibus tenet, ex qua deinde vrina ftatim ad vltimam vsque guttulam effluit. Ipfa cannula deinde relinquitur in ano, et clypeus inftrumenti filo firmatur ad fafciam commodam. Ex illa cannula vrina effluit, donec naturalis per vrethram via reftituta fuerit. Cannula ipfa, fi e refina elaftica confecta et in apicibus argento munita eft, nullam preffionem aut incommodi fenfum aegroto inducit.

Ad incommoda nunc venio, quae ex nonnullorum fententia ex methodo ifta oriuntur, eaque pro viribus et fecundum rei ipfius veritatem breuibus refutabo. Sunt, qui dicant, methodum iftam propterea prae-

cipue

que reiiciendam eſſe, quia veſiculae ſemi-
les facillime per iſtam laedi poſſunt.

Id autem ex mea ſententia nunquam
cidere poteſt, niſi ex vitio Chirurgi, non
erationis ipſius. Nam ſi punctio, vt
e jam monuit Cl. FLVRANT, ita perfi-
ur, vt ſatis alte in inteſtinum rectum
mittatur digitus ipſe pariter ac inſtrumen-
m, veſiculae iſtae omnino evitari debent et
ſſunt: veſiculae enim ſeminales vt ex
atomia ſatis ſuperque patet, ita ſitae
nt, vt inferiori veſicae parti adhaereant et
illa quaſi obtegantur. Exercitatus igi-
r et peritus in arte ſua magiſter, digito
pra hunc nidum veſicularum ſeminalium
inteſtinum rectum immiſſo, eas omnino
itabit.

Ad aliud me conuerto aduerſariorum
gumentum. Dixerunt nonnulli, hae-
orrhagiam magnam timendam eſſe ex
ſis haemorrhoidalibus, quae ad inteſtinum
ctum tendunt. Vaſa iſta autem, inpri-
is eorum trunci, inveniuntur in pariete

inteſtini recti poſteriori, quae ad os ſacrum ſpectat: in operatione noſtra vero paries anterior laeditur, vbi fere vaſa nulla aut ſaltem minores eorum ſurculi inveniuntur. Adde, quod laeſio ipſius inteſtini, quae acu fit, tam parua ſit, vt fere nullam haemorrhagiam inducere queat. Nonne in ſectione ſiſtulae ani longe maior pars inteſtini laeditur? et tamen haec operatio cum ſecuritate perfici poteſt.

Alia obiectio contra methodum Cl. Flvrant ex eo deſumitur, quod fiſtula oriri poſſit inter veſicam vrinariam et inteſtinum rectum, ſi nempe vrina continuo impetu per foramen, acus triquetrae ope inflictum in inteſtini recti cauum defluat. Eiusmodi fiſtulae, ſed ex alia cauſſa enatae, mentionem fecit beat. Hvntervs *) quae propter continuum vrinae in inteſtinum rectum defluxum et enatam inde irritationem, diarrhoeam nullis remediis cedentem.

*) Vid. Eius *Beobachtungen und Heilmethoden.* Leipzig 1784. 1 Theil, S. 118.

m, immo inflammationem et gangrae-
am mortemque ipſam induxit. — Sed ta-
m ex operatione noſtra enatam fiſtulam
emo obſeruauit, nec oriri illa poteſt, ſi
nnula in inteſtino recto remanet, donec
fluxus vrinae per viam naturalem vel
onte vel catheteris ope reſtitutus fuerit,
que ſi foraminuli per acum triquetram
flicti contractio iniectionibus adſtringen-
bus et clyſmatibus frigidis promouetur.

Etſi equidem mihi perſuadeo, metho-
um Cl. FLVRANT reliquis palmam praeri-
ere; tamen eam commendare non poſ-
um in illo caſu, vbi ſcirrhus proſtatae in-
ens adeſt, qui aditum ad veſicam vrina-
iam per inteſtinum rectum quaſi praeclu-
it. Tum nec iſta methodus nec perinaei
unctio locum habet, ſed ad paracenteſin,
uae ſupra oſſa pubis inſtituitur, confu-
iendum eſt.

Sufficiant haec de ipſa operatione.
Progredior jam ad ea, quae poſt illam ob-
eruanda ſunt.

 Poſt

Poſt operationem igitur Chirurgus ante omnia operam adhibere debet, vt cauſas quam primum remoueat, quae impediant, quominus vrina per viam naturalem efflue-re poſſit. Quae cum autem ſint variae atque multiplices, diuerſi etiam curationis modi et viae adhibeantur neceſſe eſt. Sed haec ad ſcopum noſtrum non pertinent, ideoque illa praetermitto. Haec tantum monere liceat, cannulam non prius educendam eſſe, quam vrinae effluxus per viam naturalem reſtitutus fuerit, tandemque ea remedia ad conſolidandum vulnuſculum inteſtino recto et veſicae inflictum adhibenda eſſe, de quibus ſupra iam ſermo fuit.

Suadet quidem Cl. NARRIS *) qui hanc methodum felici ſucceſſu adhibuit, vt ſtatim poſt operationem cannula extrahatur; ſed diſplicet eius coſilium: non enim cauſſae iſtae, quae impediunt vrinae effluxum, tam cito tolluntur. Fieri quoque poteſt,

*) Vid. *Sammlung merkwürdiger Abhandlungen einer zu London errichteten mediziniſchen Geſellſchaft. Band I. Altenburg* 1789.

poteſt, vt noua inſtitui debeat paracenteſis, ſi malum iterum redit, id quod nec Chirurgo nec aegroto gratum eſſe poteſt. Magis igitur arridet conſilium Cl. FLVRANT, qui relinquit cannulam, donec plane ceſſauerit morbus.

Ipſa cannula faſcia HELIODORI et ſpleniis idoneis firmatur. Si conamina aegrotus ſentit ad aluum deponendam, manu tenere debet cannulam, ne elabatur.

In feminis haec operatio eodem modo inſtituitur, ac in viris, ita tamen, vt non per inteſtinum rectum, ſed per vaginae partem ſuperiorem acus triquetra immittatur. In illis nempe impedit vterus, quo minus per inteſtinum rectum vrina educatur.

THE-

THESES

I.

Irritabilitas fibrarum mufcularium a nervis pendet.

II.

Gonorrhoeam virulentam folis medicamentis externis quouis in cafu rite fanare non poffumus.

III.

Offa pubis in partu aut nunquam, aut faltem rariffimo in cafu, feiunguntur.

IV.

Peluimenfores in arte obftetricia practica nullum fere habent vfum.

V.

Febris puerperarum non eft febris fui generis.

VI.

Vermes connati effe videntur.

VII.

Corticem peruuianum non in omnibus febribus intermittentibus a Medico rationali admittendum effe, maxime mihi perfuadeo.